

te invias, sibi patefécit ¹. Tráditur ad Italiam octoginta millia péditum, et viginti millia équitum, septem et triginta elephantes adduxisse. Interea multi Ligures et Galli Anníbali se junxérunt. Sempronius Gracchus, cógnito ad Italiam Anníbalis adventu, e Sicilia exércitum Ariminum trájecit ².

Publius Cornelius Scipio Anníbali primus occúrrit: commisso Prælio, fugátis suis, ipse vulnerátus in castra rédiit. Sempronius Gracchus et ipse ³ conflíxit apud Trebiam amnem; is quoque vincitur. Anníbali multi se in Italia dedidérunt. Inde ad Tusciam veniens Ánnibal, Flaminio cónsuli occúrrit: ipsum Flaminium interémit ⁴. Romanórum viginti quinque millia cæsa sunt; cæteri diffugérunt. Missus adversus Anníbalem postea a románis Q. Fabius Máximus. Is eum, differendo pugnam, ab impetu frégit: mox, inventa ocasióne, vicit.

Quingentésimo et quadragésimo anno a cóndita urbe, L. Æmilius, P. Terentius Varro contra Anníbalem mittúntur. Fabióque succédunt: qui Fabius ambos cónsules mónuir, ut Anníbalem, cállidum et impatientem ducem, non áliter vencerent, quàm prælium differendo. Verùm quum impatientiá Varrónis cónsulis, contradicente cónsule áltero, apud vicum qui Cannæ apellátur, in Apulia pugnátum ésset ambo cónsules ab Anníbale vincúntur. In ea pugna tria millia Afrórum peréunt; magna pars de exércitu Anníbalis sauciátur: nullo

1 *Patefécit sibi Alpes, adhuc invias in ea parte*, abrióse paso por aquella parte de los Alpes, que nadie había pisado aún. *Invias* es lo mismo que *sine via*. La preposición *in* tiene en latín y castellano esa fuerza negativa en composición con los adjetivos; *Indignus, injustus, incapax* son iguales á *non dignus, non capax*, etc.

2 *Trajécit exércitum e Sicilia Ariminum*, pasó con su ejército de Sicilia a Rímimi.

3 *Et ipse Sempronius Gracchus*, también Sempronio Graco, El *et* en este pasaje vale tanto como el *etiam*.

4 *Interémit Flaminium ipsum*, hasta Flaminio quedó muerto en el campo. Si dijera simplemente: *Flaminium occídít*, contaría colectivamente entre los muertos á Flaminio: diciendo *Flaminium ipsum occídít*, particularizaría más la idea, haciendo que la imaginación se fijara preferentemente en la muerte de Flaminio; pero diciendo *Flaminium ipsum interémit*, sube de punto la importancia de esa muerte, la cual se ofrece á los ojos del lector como un suceso de gravísima consecuencia.

tamen Púnico bello románi gravius accepti sunt ¹: périit enim in eo Æmilius cónsul; consuláres et prætorii viginti ²; Senatóres capti aut occisi triginta; nobilióres viri trecenti ³; militum quadreginta millia; équitum tria millia et quingenti: in quibus malis nemo tamen romanórum pacis mentiónem habére dignátus est. Servi, quod numquam antè ⁴, manumissi, et milites facti sunt.

Post eam pugnam multæ Italiæ civitátes, quæ Románis parúerant, se ad Anníbalem transtulérunt. Ánnibal románis óbtulit, ut cautivos redimerent; responsumque est a senátu: "Eos cives non esse necessarios, qui quum armáti éssent, capi potuissent." Ille omnes postea variis suplicíis interfécit; et tres modios aureórum anulórum Cartháginem misit, quos e má nibus équitum romanórum, senatórum et militum detráxerat. Interea, in Hispania, ubi fráter Anníbalis Ásdrubal remánerat cum magno exércitu, ut eam totam Afris subigeret, a duobus Scipiónibus, románis dúcibus, vincitur; perditque in pugna triginta quinque millia hóminum: ex his capiúntur decem millia; occidúntur viginti quinque. Mittúntur ei a carthaginiénsibus ad reparandas vires duódecim millia péditum, quátuor millia équitum, viginti elephanti.

1 *Accepti sunt gravius*, sufrieron mayor derrota. El verbo *accipio*, especialmente en la pasiva, equivale muchas veces á *habéri, tractári*. Así, *accepti sunt gravius* vale tanto como *tractáti sunt*. De aquí las frases: «*Ego abs te miseris sum acceptus modis*» (Tert.). «*Quo te modo accepissem, ni irátus essem?*» (Cic.)

2 *Viginti consuláres et prætorii*, veinte que habían sido cónsules ó pretores. *Vir consuláris* se llamaba entre los Romanos el que había sido Cónsul; *vir prætorius*, el que había sido pretor.

3 *Trecenti viri novilióres*, trescientos varones bastante nobles. Cuando el comparativo no lleva complemento, ni es fácil sobrentenderle, se traduce muchas veces por los romances *demasiado, bastante, muy, un poco*, según las circunstancias. Si el *nobilióres* de este ejemplo se vertiera por *más nobles*, se falsearía el pensamiento del escritor, pues querría decir que los trescientos hombres de que habla, eran más nobles que los cónsules pretores y senadores de que se hace mención más arriba. Los ejemplos de esta clase son harto frecuentes en los clásicos. «*Voluptas, quum májor est atque lóngior, ómne ánimi lumen extinguit.*» (Cic.) Cuando el placer es *demasiado vivo y prolongado*, apaga enteramente la luz de la razón. (Vid. nota 6 pág. 100)

4 *Quod numquam antè* (accíderat), de lo que hasta entonces no había ejemplo.

Anno quarto postquam in Italiam Ánnibal vénit, Marcus Claudius Marcellus cónsul apud Nolam, civitátem Campaniæ, contra Annibalem bene ¹ pugnávit. Ánnibal multas civitátes romanórum per Apuliam, Calabriam et Brutios occupávit: quo témpore etiam rex Macedoniæ Philippus ad eum legátos misit promittens auxilia contra romános, sub hac conditióne, ut ², delétis románis, ipse quoque contra Græcos ab Anníbale auxilia accíperet. Captis ígitur legátis Philippi, et re cógnita ³, románi in Macedoniam Marcum Valerium Lævínus ire jussérunt: in Sardiniam Titum Manlium Procónsulem; nam etiam ea, sollicitáta ab Anníbale ⁴, romános deserúerat.

Ita uno témpore quátuor locis pugnabátur: in Italiá contra Annibalem; in Hispania contra fratrem ejus Asdrúbalem; in Macedonia contra Philippum; in Sardinia contra sardos, et álterum Asdrúbalem carthaginiensem ⁵. Is a Tito Manlio procónsule, qui ad Sardiniam míssus fúerat; vivus est captus; occísa cum eo duódecim millia, capti mille quingenti; et a románis Sardinia subacta. Manlius victor captívos et Asdrúbalem Romam reportávit. Interea etiam Philippus a Lævino in Macedonia vincitur; et in Hispania a Scipiónibus Ásdrubal, et Mago, tertius fráter Anníbalis.

Décimo anno postquam Ánnibal in Italiam vénerat P. Sulpicio, Cnæo Fulvio consúlibus, Ánnibal usque ad quartum milliárium ⁶ urbis accéssit; équites ejus usque ad por-

1 Bene, con buen suceso.

2 Sub ac conditióni, ut... á condición de que... Los demostrativos *hic, is, illi*, suelen hallarse frecuentemente en el primer miembro para preparar la conjunció del segundo: en este caso no hay necesidad de traducirlos. De otro modo, es preciso hacer un rodeo: *sub hac conditióne, ut...* bajo esta condición; á saber, que... (Vid. n. 9, pág. 26).

3 Et re cógnita, y descubierta aquella liga.

4 Sollicitáta ab Anníbale, ganada por Aníbal. *Sollicitáre civitátem*, es atraer una ciudad á su partido, ó tirar á ganarla por la esperanza ó el temor.

5 Et álterum Asdrúbalem carthaginiensem, y otro Asdrúbal también cartaginés. Dice *álterum* y no *aliud*, porque se trata de uno entre dos; *aliud* señalaría uno entre muchos. Así decimos: *unos* desean la paz, *otros* la guerra; *alius pacem*, *alius bellum exóptat*; Asdrúbal y Aníbal hacían la guerra; el uno en España, el otro en Italia: *Asdrúbal atque Ánnibal bellum gerébant*; *ALTER in Hispania*, *ALTER in Italia*.

6 Usque ad quartum milliárium, á cinco millas. (V. n. 1, pág. 98).

tas. Consulum metu cum exércitu venientium, Ánnibal ad Campaniam se recépit. In Hispania a fratre Asdrúbale ambo Scipiónes ¹, qui per multos annos victóres fúerant, interficiúntur; exércitus tamen integer remánsit; casu enim magis quàm virtúte érant decepti: quo témpore etiam a cónsule Marcello Siciliæ magna pars capta est, quam tenére Afri cœperant; et ex nobilísima urbe Syracusanâ præda ingens præláta est ². Lævínus in Macedonia cum Philippo, et multis Græciæ pópulis et rege Asiæ Áttalo, amicitiam fécit; et ad Siciliam profectus, Annónem quemdam ³, afrórum ducem, apud Agrigentum civitátem cum ipso óppido cépit, eumque Romam cum captívis nobilibus misit: quadraginta civitátes in deditióne accépit, viginti sex expugnávit ⁴. Ita omni Siciliá receptá, ⁵ Macedoniá fractá, cum ingenti gloria Romam regressus est. Ánnibal in Italia Cnæum Fulvium cónsulem súbitó aggressus, cum octo millibus hóminum interfécit.

Interea ad Hispanias, ubi (occisis duóbus Scipiónibus ⁶)

1 Ambo Scipiónes, los dos Escipiones. No se confundan las expresiones *duo*, *ambo*, *uterque*, aunque parezca que significan una misma cosa. *Duo* se dice de *dos*, cuando se cuenta; *ambo* de *dos*, cuando obran juntamente; *uterque* de *dos* que obran en diversos tiempos ó circunstancias. Ejemplos: murieron *dos* capitanes: *duo centuriónes desideráti sunt*: Marcharon los dos cónsules: *ambo cónsules profecti sunt*: Rómulo se hizo famoso en la guerra, Numa en la paz; los *dos* fueron útiles á sus conciudadanos: *Rómulus bello*, *Numa pace clarus factus*: *UTERQUE civitáti prófuit*.

2 Præda ingens præláta est, se llevaron por delante un inmenso botín. Entre *inges* y *magnum* se descubre la misma diferencia respectiva que entre *parvus* y *exiguus* sus contrarios. *Magnum*, grande; *inges*, extraordinariamente grande; *parvus*, pequeño; *exiguus*, sumamente pequeño.

3 Annónem quemdam, á un tal Anón. Los latinos solían añadir el adjetivo *quidam* á los nombres propios de varón, cuando la persona era oscura, poco conocida, ó de escasos merecimientos. El *quidam* en tales ocasiones es un signo de indiferencia ó de poco aprecio á la persona de quien se trata; y se traduce como hemos visto con el romance *un tal*. De aquí viene la expresi3n castellana *un quidam*, para designar una persona de poco valer é importancia.

4 Expugnávit, rindió.

5 Omni Sicilia recepta, conquistada toda la Sicilia.

6 Duóbus Scipi3nibus occisis, muertos los dos Escipiones. Hemos visto arriba la diferencia que hay entre *ambo* y *duo*. El primero ape-

nullus románus dux érat, Publius Cornelius Scipio mittitur, filius Publii Scipiónis, qui ibídem bellum gésserat, annos natus quátuor et viginti; vir romanórum omnium, et súa aetate ¹, et posteriori témpore ferè primus. Is Cartháginem Hispaniæ ² cápit; in qua omne aurum et argentum, et belli apparátum ³ afri habébant; nobilísimos quoque óbsides, quos ab hispánis accéperant. Magónem etiam, fratrem Annibalis, ibídem cápit: quem Romam cum aliis mittit. Romæ íngens lætítia post hunc nuntium fúit. Scipio hispanórum óbsides paréntibus réddidit. Qua re omnes fere hispáni ad eum uno ánimo transiérunt. Postque Asdrúbalem, Annibalis fratrem, victum fúgat, et prædam máximam cápit.

Interea in Italia cónsul Q. Fabius Máximus Tarentum recépit, in qua íngentes copiæ Annibalis érant; et ibi etiam ducem Annibalis Carthalónem occidit, viginti quique millia captivórum véndidit; prædam militibus dispertivit ⁴; pecuniam hóminum venditórum ad fiscum rétulit ⁵. Tum multæ civitátes romanórum, quæ ad Annibalem transierant priús ⁶, rursus se Fabio Máximo reddidérunt. In sequenti anno Scipio in Hispania egregias res égit ⁷, et per se, et per fratrem suum Lucium Scipiónem; septuaginta civitátes recépit. In Italia tamen malè pugnátum est; nam Claudius Marcellus cónsul ab Annibale occisus est.

Tertio anno postquam Scipio ad Hispaniam profectus fúe-

nas se usa en el genitivo, dativo y ablativo de plural, y entonces se le sustituye con *duo*.

1 *Ætate sua*, en sus días.

2 *Cartháginem Hispaniæ*: á Cartagena.

3 *Apparátum belli*, pertrechos de guerra.

4 *Dispertivit prædam militibus*, repartió el botín á los soldados. *Dispertire*, compuesto de la partícula prepositiva *dis* y *partire*, partir. *Dis* señala muchas veces división ó separación, como sucede en este lugar. Así, *dispertire* es repartir entre varios. La raíz de *dis* es *duo*, dos.

5 *Rétulit ad fiscum pecuniam*, hizo que ingresara en el erario público el dinero.

6 *Quæ transierant priús ad Annibalem*, que al principio se habían declarado por Aníbal. Dice *transierant* y no *transiverant*, porque los compuestos de *eo*, *is*, forman el pretérito en *ii* contraído, mejor que en *ivi*.

7 *Egit res egregias*, ejecutó acciones grandiosas.

rat, rursus res ínclytas gérit ¹; regem Hispaniárum, magno prælio victum, in amicitiam accépit, et primus omnium victo óbsides non popóscit.

Despérans Ánnibal Hispanias contra Scipiónem diutiús ² posse retinére, fratrem suum Asdrúbalem ad Italiam cum ómnibus copiis evocávit. Is veniens eódem itinere, quo etiam Ánnibal vénerat, a consúlibus Appio Claudio Neróne, et Marco Livio Salinatóri, apud Senam, Picéni civitátem, in insidias compósitas incidit ³; strenuè tamen pugnans occisus est; íngentes ejus copiæ captæ aut interfectæ sunt; magnum pondus auri atque argenti Romam relátum. Post hæc Ánnibal diffidere jam de belli cœpít eventum; et románis íngens ánimo accéssit, itaque et ipsi evocavérunt ex Hispaniâ Publium Cornelium Scipiónem. Is Romam cum íngenti gloria vénit.

Q. Cæcilio, Lucio Valerio consúlibus, omnes civitátes, quæ in Brutiis ab Anníbale tenebántur, románis se tradidérunt.

Anno décimo quarto postquam in Italiam Ánnibal vénerat, Scipio, qui multa bene in Hispania égerat ⁴, cónsul est factus, et in Áfricam missus: cui viro divinum quiddam inesse existimabátur ⁵; adeó ut putarétur etiam cum numinibus

1 *Gérit rursus res ínclytas*, se hizo otra vez famoso por sus gloriosos hechos. El *rursus* de esta frase parece dar á entender, si la cotejamos con la anterior, que lo mismo es *res egregias* que *res ínclytas*. Sin embargo, lo primero se dice de las grandes acciones, independientemente de la celebridad que adquiere el que las ejecuta; lo segundo supone la fama y nombradía que siguen al autor de los echos grandiosos.

2 *Diutiús*, por más tiempo. *Diutiús*, comparativo de *diu*. Este se refiere á tiempo pasado: «*Diu est cum abiit*» (Plaut): Ya hace tiempo que se fué. *Diutiús* puede referirse también á tiempo futuro: «*Non obtundam diutiús aures vestras*» (Cic.). No os moleste: ré más tiempo. (V. nota 2 pág. 18).

3 *Incidit in insidias compósitas*, dió en una emboscada que le habían preparado.

4 *Qui égerat multa bene*, que había peleado muchas veces con buen éxito.

5 *Cui viro divinum quiddam existimabátur inesse*, creíase descubrir algo de divino en aquel hombre. *Cui viro*, dativo, como complemento de *in esse*, compuesto de *sum*. El *quiddam* está sustantivado, y con él concierta *divinum*. Como adjetivo hubiera dicho *quoddam*;

habere sermónem ¹. Is in Áfricam contra Annónem ducem afrórum púgnat, exércitum ejus interficit. Secundo prælio castra cépit cum quátuor millibus et quingentis militibus, undecim millibus occisis. Syphácem Numidiæ regem, qui se afris conjúnxerat, cápit, et castra ejus invádit. Syphax cum nobilísimis númidis, et infinitis spoliis a Scipióne Romam mittitur. Qua ré audíta, omnis fere Italia Anníbalem désereit; ipse a carthaginiénsibus in Áfricam redire jubétur ², quam Scipio vastábat.

Ita anno séptimo décimo ab Anníbale Italia liberáta est ³, quam flens dicitur reliquisse. Legáti carthaginiensium pacem a Scipióne petiérunt; ab eo ad Senátum Romam missi sunt, quadraginta quinque dies his induciæ datæ sunt, quosque Romam ire et régredi pössent. Triginta millia pondo argenti ⁴ ab his accepta sunt. Senátus ex arbitrio Scipiónis pacem jússit cum carthaginiénsibus fieri. Scipio his conditióibus dedit, ne ampliùs quàm triginta naves haberent, quingenta millia pondo argenti dárent, captivos et pèrfugas redderent.

Interin, Anníbale veniente ad Áfricam, pax turbáta est. Multa hostilia ab afris facta sunt ⁵; legáti tamen eórum, ex

y en este caso ambos adjetivos con el sustantivo implícito *numen* ú otro equivalente.

¹ *Habere sermónem cum numínibus*, que conferenciaba con los dioses.

² *Jubétur a carthaginiénsibus redire in Africam*, recibe orden de los cartagineses para volver al África. El verbo *jubeo* en pasiva se traduce con le significación de *recibir orden* (V. nota 4 pág. 30).

³ *Liberáta est ab Anníbale*, se vió libre del poder de Aníbal. Hé aquí una frase que, considerada aisladamente, y sin atender al contexto, sería verdaderamente ambigua: esto podría significar igualmente: «I a Italia fué libertada por Aníbal.» Este es uno de aquellos descuidos que tanto reprende Quintiliano, cuando quiere que el lector no tenga que adivinar los pensamientos por falta de claridad. *Ab Anníbale*, no es persona, agente sino un complemento que reclamaria el verbo igualmente en la activa: *románi liberavérunt Italiam ab Anníbale*. (V. nota 3, pág. 108).

⁴ *Triginta millia pondo argenti*, treinta mil libras de plata. *Pondo*, sustantivo indeclinable, significa *el peso*; pero cuando se emplea como aquí, absolutamente, se toma por la libra romana ó pesa de 12 onzas.

⁵ *Multa hostilia facta sunt ab afris*, los africanos ejecutaron muchos actos de hostilidad.

urbe veniente, a románis capti sunt, et jubente Scipióne ¹ dimissi. Annibal quoque, frequentibus præliis victus a Scipióne, pétiit etiam ipse pacem. Cúm ventum ésset ad colloquium ², iisdem conditióibus data est, quibus priùs; áddita quingentis millibus pondo argenti centum millia librárum, própter novam perfidiam ³. Carthaginiénsibus conditiónes displicuérunt, jusseruntque Anníbalem pugnare. Infértur a Scipióne et Masinissá, alio rege numidárum, qui amicitiam cum Scipióne fécerat, Carthágni bellum. Annibal tres exploratóres ad Scipiónis castra misit; quos captos Scipio circumdúci per castra jússit, ostendique eis totum exércitum; mox etiam prandium dari, dimittique, ut renuntiárent Anníbali ⁴, quæ ápuđ romános vidissent.

Interea prælium ab utróque duce instructum est, quale vix ullá memoriá fuit ⁵, quum peritissimi viri copias suas ad bellum addúcerent. Scipio victor recédit, penè ipso Anníbale capto; qui primum cum multis equitibus, deinde cum viginti, postrémò cum quátuor evásit. Inventa in castris Anníbalis argenti pondo viginti millia, aurí octigenta, cæterá, supeíllectili copiósá. Post id certámen pax cum carthaginiénsibus facta est. Scipio Romam rediit, et ingenti gloria triumphávit: atque *Africánus* ex eo appellári, cœptus est ⁶. Finem

¹ *Scipióne jubente*, de orden de Scipión.

² *Cúm ventum ésset ad colloquium*, habiendo llegado á avistarse.

³ *Centum millia librárum áddita* (fúerunt) *quingentis milibus pondo argenti própter novam perfidiam*, y en castigo de la reciente perfidia les impusieron el pago de cien mil libras de plata sobre las quinientas mil anteriores.

⁴ *Ut renuntiárent Anníbali*, para que volviesen á contarle á Aníbal.

⁵ *Quale vix ullá memoria fuit*, tal, que apenas hay memoria de otra semejante. *Qualis*, es correlativo de *talis*, pero éste está oculto por la elipse en el primer miembro; de modo que el sentido es este: *prælium tale instructum est*, quale *vix*, etc. También en castellano se omite algunas veces á imitación del latín el antecedente *tal*: «Dióse una batalla cual jamás se ha visto,» esto es, *tal*, cual jamás se ha visto.

⁶ *Atque ex eo* (tèmpore) *cæptus est appellári Africánus*, y desde entonces empezaron á apellidarle el Africano. *Cæptus sum*, *cæptus eram*, etc., son las formas pasivas del verbo *cepi*, defectivo. Estas formas no pueden emplearse sino con un infinitivo pasivo, como en esta frase y el siguiente ejemplo de Cicerón: «*De república* cónsuli *cæpti sumus*.»

accépit secundum Púnicum bellum post annum nonum déci-
mum, quam cæperat.

XIX.

Tercera guerra Púnica.

Tertium deinde bellum contra Cartháginem suscipitur sex-
centésimo et áltero anno ab urbe cóndita, C. Manlio Censo-
rino, et M. Manlio consúlibus, anno quinquagésimo primo
postquam secundum Púnicum bellum transactum érat. Hi
profecti Cartháginem oppugnávérunt. Contra eos Ásdrubal,
dux carthaginiensium, dimicábat. Famea, dux alius, equi-
tatu prærat carthaginiensium ¹. Scipio tunc, Scipiónis Afri-
cáni nepos, tribúnus ibi militábat, cujus ápud omnes ingens
metus et reverentia érat ². Nam et paratíssimus ad dimican-
dum, et consultíssimus ³ habebátur. Itaque per eum multa
prósperè gesta sunt. Neque quidquam magis, vel Ásdrubal,
vel Famea vitábant, quàm contra eam romanórum partem
pugnam committere ubi Scipio dimicábat.

Per idem tempus Masinissa, rex numidárum, per annos
sexaginta fere amicus pópuli rómani ⁴, anno vitæ suæ nona-
gésimo séptimo mortuus est, quadraginta quatuor filiis relic-
tis. Scipiónem divisórem regni inter filios esse jussit.

Cùm igitur clarum ⁵ Scipiónis nomen esset, júvenis adhuc
cónsul est factus ⁶, et contra Cartháginem missus. Is eam

¹ *Prærat equitatu carthaginiensium*, mandaba la caballería de los cartagineses.

² *Cujus metus et reverentia érat ingens ápud omnes*, á quien todos temían y respetaban en sumo grado. *Cujus*, complemento de *metus* y *reverentia*, está aquí tomado en sentido pasivo. El contexto mismo de las palabras indica suficientemente que el *temor* y *respeto* de que se trata, no es el que tenía Scipión, sino el que le tenían. En caso de ambigüedad hubiera empleado el autor el ablativo en vez del genitivo: *Periculum hostis*, el peligro que corre el enemigo; *Periculum ab hoste*, el que otros tenían por él.

³ *Consultíssimus*, hombre de muchísimo consejo.

⁴ *Amicus pópuli románi*, amigo del pueblo romano. El genitivo es el complemento ordinario de *amicus* usado como sustantivo: como ad-
jetivo, se construye con dativo las más veces.

⁵ *Clarum*, célebre, famoso.

⁶ *Factus est cónsul adhuc júvenis*, nombráronle cónsul, siendo aún muy joven.

cepit ac diruit spolia ibi inventa, quæ de variárum civitátum
excidiis Carthágo collégerat, et ornamenta urbium civitátibus
Siciliæ, Itáliæ, et Áfricæ réddidit, quæ súa recognoscé-
bant ¹. Ita Carthágo, septingentésimo anno postquam cón-
dita érat, deléta est. Scipio nomen, quod avus ejus accépe-
rat, méruit; scilicet, ut própter virtútem etiam *Africánus Jú-
nior* vocarétur ².

XX.

Guerra contra Sertorio en España.

Marco Æmilio Lépedo, Q. Cátulo consúlibus, quum Sylla
Rempúblicam composuísset ³ bella nova exarsérunt: unum
in Hispánia, aliud in Pamphiliâ et Cilicia tertium in Mace-
donia, quartum in Dalmátia ⁴. Nam Sertórius, qui partium
Marianárum ⁵ fúerat, timens fortúnam ⁶ cæterórum, qui inte-

¹ *Quæ recognoscébant súa*, que reconocían como cosa suya.

² *Africánus Júnior*, Africano el joven ó el menor. Así le llamaron para distinguirle del otro Scipión el Africano, á quien apellidaron el Mayor. *Africánus Júnior* es el atributo del verbo en concordancia con el sujeto *Scipio*. *Vocári* es uno de los verbos que se asimilan á *sum* bajo este punto de vista. Si reducimos la oración á la activa, el atributo vendrá á ser acusativo: *ut vocarent eum Africánum Juniorem*. Mas este acusativo, ni es entonces el término directo de la acción, ni menos pende de una preposición oculta, sino que se asocia al verbo para expresar con él una sola idea, lo cual se ve claro en la siguiente frase: «*Hómines cæcos rédit cupiditas et avaritia*» (Cic.); que pudiera resolverse por esta otra: *Hómines obcæcat cupiditas et avaritia*; donde aparece sin ningún género de duda la fusión del acusativo con el verbo.

³ *Compónere Rempúblicam*, poner en paz un reino ó estado. ■

⁴ *In Hispania... in Pamphiliâ... in Macedonia... in Dalma-
tia...* Por estos ejemplos se ve que el lugar en donde se expresa por el ablativo con *in* cuando el nombre significa un reino ó provincia. Lo mismo sucede con los apelativos: así, se dice *in foro*, *in urbe*, *in agris*, etc.

⁵ *Partium Marianárum*, del partido de Mario. *Pars* en singular significa la parte de un todo; en plural, bando, facción ó partido.

⁶ *Fortúnam cæterórum*, correr la misma suerte que los demás. La palabra *fortúna* se toma muchas veces en el sentido de *adversidad*, *desgracia* ó *infortunio*. El contexto de la frase determina su verdadera acepción.

rempti érant, ad bellum commóvit Hispanias. Missi sunt contra eum duces, Q. Cæcilius Metellus, filius ejus, qui Jugurtham regem vicit, et L. Domitius Prætor. A Sertórii duce Hirtuleio Domitius occisus est. Metellus vario successu contra Sertorium dimicávit. Postea, quum impar pugna¹ solus Metellus putarétur, Cnæus Pompeius ad Hispanias missus est. Ita duóbus dúcibus adversis Sertorius fortúnâ variâ sæpe pugnávit. Octávo demum anno a suis occisus est, et finis ei bello datus per Cnæum Pompeium adolescentem, et Quintum Metellum Pium; atque omnes prope Hispaniæ in ditiónem pópuli románi redactæ sunt.

XXI.

Guerra civil entre César y Pompeyo.

Hinc jam bellum civile succéssit, exsecrándum et lacrymábilis²; quo, præter calamitátes³, quæ præliis acciderunt, etiam románi nóminis fortúna mutáta est. Cæsar enim, rediens a Galliâ victor, cœpit depóscere álterum consulátum⁴; atque, quum sinè dubietáte áliqua defferrétur⁵, contradíctum est a Marcélllo cónsule, a Bíbulo, a Pompeio, a Catóne; jususque dimissis exercitibus⁶ ad urbem redire; própter quam injuriam ab Arimino, ubi milites congregátus habébat, adversum patriam cum exercitu vénit. Cónsules cum Pompeio, Senatusque omnis, atque universa nobilitas⁷ ex urbe fú-

1 *Impar pugna*, insuficiente para contrarrestar á Sertorio en aquella lucha.

2 *Exsecrandum et lacrymabile*, detestable y digna de llorarse.

3 *Præter calamitátes*, sin contar las desgracias.

4 *Cœpit depóscere álterum consulátum*, comenzó á pedir el segundo consulado, esto es, que le nombrasen cónsul segunda vez. El verbo *depóscere* está aquí empleado con grandísima propiedad. El simple *póscere*, es pedir con imperio; *depóscere* con imperio é insistiendo en la pretensión; á diferencia de *pétere*, pedir con ruegos, y *postuláre*, con derecho. *Flagitáre* es pedir repetidas veces hasta con importunidad; su compuesto *efflagitáre* aumenta todavía la fuerza de la significación.

5 *Deferre consulátum alicui*, conceder á uno el consulado, nombrarle cónsul.

6 *Exercitibus dimissis*, licenciado de los ejércitos.

7 *Senátus omnis, universa nobilitas*, todo el Senado, toda la noble-

git, et in Græciam transívit; apud Epírum, Macedóniam, Achaiam, Pompeio duce, contra Cæsarem bellum parávit.

Cæsar, vacuum urbem ingrèssus, Dictatórem se fécit; inde Hispanias pétiit. Ibi Pompeii exércitos validísimos et fortísimos, cum tribus dúcibus, L. Afranio, M. Petreio, M. Varróne, superávit. Inde regrèssus, in Græciam transívit; adversum Pompeium dimicávit. Primo prælio victus est et fugátus; evásit tamen¹, quia, nocte interveniente, Pompeius sequi nóluit; dixitque Cæsar, "nec Pompeium scire vincere, et illo tantum die se potúisse superári." Deinde in Thessaliâ apud Phalæopharsálum, productis utrinque ingéntibus copiis, dimicavérunt. Pompeii acies hábuit quadraginta millia peditum, équitum in sinistro cornu² septem millia, in dextro quingénta; præterea totius Orientis auxilia, totamque nobilitátem, innúmeros Senatóres, Prætorios, Consuláres, et qui magnórum jam populórum victóres fúissent. Cæsar in acie sua hábuit peditum non íntegra³ triginta millia, équites mille.

Nunquam ádhuc Románæ copię in unum, neque majóres, neque melióribus dúcibus convénierant, totum terrárum orbem fácilè subactúra⁴, si contra bárbaros⁵ duceréntur. Pug-

za. ¿Podremos emplear indistintamente los adjetivos *omnis, universus*? no, como ni tampoco *cunctus, totus*, aun cuando convengan en la idea fundamental. *Omnes* se dice de aquellos de quienes se trata: "Callaron todos;" *conticuere omnes*. *Cuncti*, de cuantos existen en varias partes; "todos los mares y tierras;" *cuncta maria terræque*. *Universi*, de los que se hallan en un lugar; "Todos los ciudadanos," *universa civitas*. *Totus*, es todo entero; "Los despojos de todo el Oriente;" *spolia totius Orientis*.

1 *Evásit tamen*, pero se salvó.

2 *In sinistro cornu*, en el ala izquierda.

3 *Non íntegra*, no completos.

4 *Subactúra fácilè totum orbem terrárum*, capaces de conquistar el mundo entero. Es muy digna de notarse esta frase, en la cual vemos que el participio *subactúra* pierde el carácter de tal, y toma el de un simple adjetivo, prescindiendo del tiempo y designando la cualidad, salva empero la acción como en todos los adjetivos verbales. Una locución muy parecida á ésta hallamos en Quintiliano: «*Neque omnino hujus rei meminuit usquam poeta ipse: profectò non tacitúrus de tanta sua gloria.*» Estos ejemplos son mucho más frecuentes en el participio de futuro pasivo: así, *amandus, colendus*, etc. valen tanto como *dignus amári, dignus coli*.

5 *Contra bárbaros*, contra naciones extrañas. Los griegos y romanos llamaban bárbaros á todos los que no eran de su nación.

nátum tamen est ingénti contentióne; victusque ad postrémum Pompeius, et castra ejus dirépta sunt. Ipse fugátus, Alexandriam pétit, ut a rege Ægypti, cui tútor a Senátu datus fúerat, própter juvenilem ejus ætátem, accíperet auxilia: qui fortúnam magis quàm amicitiam secútus, ¹ occidit Pompeium. Cáput ejus et ánnulum Cæsari mísit: quo conspecto, Cæsar etiam lácrymas fudisse ² dicitur, tanti viri íntuens cáput, et géneri quondam sui.

Mox Cæsar Alexandriam vénit. Ipse quoque Ptolemæus paráre vóluit insidias; quá causâ regi bellum illátum est. Victus in Nilo périit inventumque est corpus ejus cum lorica aurea ³. Cæsar, Alexandria potitus, regnum Cleopátræ dédit Ptolemæi soróri.

..... Rediens inde Cæsar, Phárnacem, Mithridátis magni filium, qui Pompeio in auxilium apud Thessáliam fúerat, rebellántem in Ponto, et multas pópuli románi provincias occupántem, vicit acie: postea ad mortem coégit.

Inde Romam regréssus, tertió se cónsulem fécit cum M. Æmilio Lépidó, qui ei Magíster équitum Dictatóri ante annum fúerat. Inde in Áfricam profectus est, ubi infinita nobilitas cum Juba, Mauritániæ rege, bellum reparáverat. Duces autem románi érant P. Cornelius Scipio ex géneré antiquíssimo Scipiónis Africáni (hic etiam sócer Magni Pompeii fúerat): M. Petreius, Q. Varus, M. Porcius Cato, L. Cornelius Faustus, Syllæ Dictatóris filius. Contra hos commisso prælio, post multas dimicatiónes ⁴ victor fúit. Cato, Scipio, Petreius, Juba, ipsi se occidérunt ⁵: Faustus, Pompei génera Cæsare interfectus est.

Post annum Cæsar Romam regréssus, quartùm se cónsu-

¹ *Secútus fortúnam magis quàm amicitiam*, anteponiendo su interés particular á la amistad que tenía con Pompeyo.

² *Quo conspecto, Cæsar dicitur fudisse lácrymas*, á cuya vista dicen que se le saltaron las lágrimas á César. Pudo decir también: *dicitur Cæsarem fudisse lácrymas*, poniendo en acusativo el sujeto de la proposición infinitiva, que es la construcción más ordinaria. Sin embargo, con los verbos *credo, existimo, dico* y otros de significación análoga, tomados unipersonalmente, son muy frecuentes en los clásicos estas maneras de decir: "Ipse opinióné celeríus ventúrus esse dicitur." (Cic.)

³ *Lorica aurea*, con un coselete de oro.

⁴ *Post multas dimicatiónes*, después de muchos combates.

⁵ *Ipsi se occidérunt*, se suicidaron.

lem fécit; et státim ad Hispánias est profectus, ubi Pompeii filii, Cnæus et Sextus, íngens béllum reparáverant. Multa prælia fuérunt; últimum prælium apud Mundam civitátem, in quo aded Cæsar penè victus est ¹, ut, fugiéntibus suis, se vóluerit occídere; nec post tantam rei militáris gloriam in potestátem adolescéntium, natus annos sex et quinquaginta, veníret. Dénique, reparátis suis ², vicit, et Pompeii filius májor occisus est, mínor fugit.

Inde Cæsar, bellis civilibus toto orbe compósitis ³, Ramam rédiit: ágere insolentiùs cœpit ⁴, et contra consuetúdinem románæ libertátis. Quum ergo et honóres ex súa voluntáte præstáret, qui a pópulo antea deferebantur, nec Senátui ad se veniénti assúrgeret ⁵, áliaque regia ac penè tyránnica fáceret, conjurátum est in eum a sexaginta vel ampliùs ⁶ senatóribus, equitibusque románis. Præcipui fuérunt ínter conjurátos duo Brutí, ex eo géneré Brutí, qui primus Romæ cónsul est factus, et reges expúlerat, C. Casius, et Servilius Casca. Ergo Cæsar, quum Senátus die quâdam ínter cæteros venisset ad curiam ⁷, tribus et viginti vulneribus confusus est.

¹ *Adeò Cæsar Penè victus est*, faltó tan poco para que quedase vendido César ...

² *Reparátis suis*, habiéndose repuesto los suyos.

³ *Compónere bellum*, acabar la guerra, hacer la paz.

⁴ *Cœpit ágere insolentiùs*, comenzó á insolentarse demasiado. Esto es, *insolentiùs æquo*; ó *insolentiùs quàm par ésset*.

⁵ *Nec assúrgeret Senatui venienti ad se*, y como tampoco se levantase cuando el Senado se acercaba á él. *Assúrgere* es propiamente ponerse en pie al llegar una persona, en muestra de veneración ó respeto. La persona á quien se guarda esta consideración es el complemento del verbo, que siempre se pone en dativo. *Assúrgere regi*, alzarse en presencia del rey; *Assúrgere seniori*, ponerse en pie al llegar un anciano.

⁶ *Vel ampliùs*, ó más. No puede sustituirse *aut á vel*. Esta última conjunción designa una diferencia que se funda en la opinión, como si dijera: «sesenta senadores, ó si se quiere, más:» la diferencia establecida por *aut* no se funda en la opinión, sino en las cosas mismas. Tampoco puede emplearse *magis* en vez de *ampliùs*, porque este adverbio se usa exclusivamente con los nombres numerales determinados, como aquí. Si el número estuviera indeterminado, correspondería *plures* ó *paucióres*, en sus casos respectivos: "Más ó menos senadores que caballeros:" *plures, vel paucióres, senatóres, quàm équites*."

⁷ *Senátus...curia*, el Senado. Esto es, *Senátus*, el cuerpo de senadores; *curia*, el lugar donde se reunían.